

partem diligenter perlegi, et nullibi non decentem et elegantem ordinis fluxum animadvertere est, ita ut aliquid demi vel addi omnino supervacuum videatur. In quibus autem dubium mihi haesit, haec sunt:

1. Esse necessarium arbitror, ut de litera H quid certi penes nos statuatur. Fundamentum igitur tale pono: Sicut pronuntiatio Germanorum est pura, simplex et mascula, ita etiam literae Germanicae sunt purae, certae, omnesque unius et masculi toni (quod Graecis et Hebraeis est negatum. Dicunt enim aleph, beth, gimel, alpha, betha, gamma etc., Latini autem ex Germanis suas literas sumpsere, ut alias probabitur. Germani autem dicunt A , B , C , D , E) ut autem ex puris [et] certis literis pura et certa pronuntiatio sequatur, omne supervacuum et mixtura impertinens tollenda (sic!) est. Jam autem constat, quod H apud nos sit fortis aspiratio, apponenda iis verbis, quae per aspirationem pronunciantur; ex quo necessario sequitur: 1) quod H nullis vocabulis accedat, welche nicht scharff und gleichsam mit einem gehauchten Athem ausgesprochen werden, ut: gehen, wehen, dehnen (id est von einander ziehen, denen est illis, Dänen: Dani). 2) sequitur, quod H male apponatur consonantibus. Ibi enim aspiratio nulla esse potest, ut: Orth, guth, Wirth, Judas der ihn verrieth. Putarunt nonnulli, T nostrum venire a Graeco Θ , th; at revera nihil est ineptius: demonstrari insuper satis potest, multis seculis nostram linguam superare tempus Cadmi, ex quo Graeci suas literas didicerunt. Conclusio de H igitur talis et perpetua esse possit, daß es nirgends sei zu gebrauchen als wo es scharff und deutlich einen Laut aushauchet, als: Haben, Heben, Hinden, Husten, Holen. Atque ita infinitis errationibus succurreretur, ut: nuhn, jah, woh, wein &c.

2. De repetitione articulorum hanc regulam propono: Articuli ein, eine, ein, der, die, daß, repetendi sunt, quando substantiva, cui (sic!) proponuntur, sunt diversi